

**Cicero, de rep – 1,42.43 Grundformen der Verfassung (Name:.....)**

<p>(42) deinde <i>consilium</i> aut uni tribuendum est, aut delectis quibusdam, aut suscipiendum est multitudini atque omnibus.</p>	<p>.....</p> <p>.....</p> <p>.....</p> <p>.....</p> <p>.....</p>
<p>quare cum penes unum est omnium summa rerum, regem illum unum vocamus, et regnum eius rei publicae statum.</p>	<p>.....</p> <p>.....</p> <p>.....</p> <p>.....</p>
<p>cum autem est penes delectos, tum illa civitas optimatum arbitrio regi dicitur.</p>	<p>.....</p> <p>.....</p> <p>.....</p> <p>.....</p>
<p>illa autem est civitas popularis—sic enim appellant -, in qua in populo sunt omnia.</p>	<p>.....</p> <p>.....</p> <p>.....</p> <p>.....</p>



itaque si Cyrus ille Perses  
iustissimus fuit  
sapientissimusque rex,  
tamen mihi populi res — ea  
enim est ut dixi antea publica  
— non maxime expetenda  
fuisse illa videtur, cum  
regeretur unius nutu ac  
modo;

si Massilienses nostri  
clientes per delectos et  
principes cives summa  
iustitia reguntur, inest tamen  
in ea condicione populi  
similitudo quaedam  
servitutis;

